

Q.K.  
389,  
8a

(X1883902)

II n  
2065

JO. FRIDERICI MAYERI  
S. THEOL. DOCTORIS

DE

21.

**MORTE**  
**CAROLI V. IMPERAT.**  
**EVANGELICA**  
DISSERTATIO


AD

SUMME REVERENDUM  
VIRUM

DN. D. JO. ADAMUM  
OSIANDRUM.

GRYPHISWALDIÆ,

LITERIS BENJAMIN STARCKII, ACAD. TYPOGR.





ECCLESIAE EVANGELICAE  
SOLATIO, ATQUE PIGNORI,  
DOMINO  
D. JO. ADAMO OSIANDRO,  
THEOLOGO IN ACAD. TUBINGENSI  
PRIMARIO,

S. P.

**Q**Vamvis verear, VIR SUMME,  
ut in partem audaciæ quis in-  
terpretetur ignorantis men-  
suram suam, quod Diatriben hanc,  
quæ, subito calore, & quadam festi-  
nandi voluptate mihi fluxit, Tuo no-  
mini inscribam, cujus judicium sub-  
actissimum quicquid usquam literato-  
rum est non abs re reformidat; Tanta  
tamen placendi Tibi dulcedo fuit, ut

A 2

ma-

maluerim hanc famæ aleam subire, quam non hisce schedis affectui meo præludere, id est, pyramidi tuæ insculpere nomen proletarium. Et videntur manubiæ jure etiam belli, ad Imperatorem pertinere, cujus ductu miles locupletatus est. Tuo quippe hortatu, Ecclesiæ Pignus hæc prælia aggressus sum; Suscipe igitur quaecumque opusculum ea fronte, quam literæ ad me datæ profitentur, custodiunt. Hac fretus supersedeo asperiores limam deprecari. Serum autem sit illud crepusculum, quo tantæ virtutis radii condantur, quam quia bona fide colo, illius Sacerdotem non possum non, amare, vel, si hoc familiarius, venerari. Vale!

MAGNI NOMINIS TUI

*indefessus admirator*

Grimmæ e Musæo d. 13. Febr.

Anno 1682.

JO. FRID. MAYER, D.

MEMENTO MORI  
LECTORI SUO PROUT CUJUSQUE CADUCA  
DIGNITAS CAPIT HONORANDO  
ADCLAMAT

ILLVMQVE  
*AD CAROLIV. TUMULUM*  
MORTIS MEDITANDÆ CAUSA

HOC EST  
AD RECITATIONEM  
DE  
MORTE  
CAROLIV. IMPERAT.  
EVANGELICA

QVAM SYNODALI COLLOQVIO  
D. XIV. DECEMBR. V. D.

ANNI EX ACERBIS FVNERIBVS CLARISSIMI  
NVNC AGONIZANTIS  
MDC LXXX.

HORA VIII. MATUT. IN TEMPLO B. VIRG.  
PRÆMITTET  
REVERENTER, OFFICIOSE, AC FRATERNE  
TERRAS TERRA

INVITAT  
JO. FRIDERICUS MAYERUS  
DOCTOR THEOL. ET ECCL. GRIMMENSIVM  
SUPERINTENDENS.

## I. N. J.



*E*n quo prolapsa sunt spes nostra! Tam turbulento enim exordio uti, dolor amici jubet, *Auditores ordinum omnium honoratissimi*, qui loquentem impedit, tacentem strangulat.

Non vota modo, sed & spem concipiebamus bonam, si quis unquam annus ubertate gaudii publici insignis fuisset, illum hunc seculi decimi sexti octogesimum fore, quod ingentia divinae Bonitatis erga Ecclesiam nostram beneficia, seculari circuitu in memoriam revocaret.

Quo factum, ut vix effulserit ille, cum Jobelæos honores ipsi magno apparatu, pietate non minori defere *Janus Georgius* Princeps Optimus, & fortissimus Evangelicæ fidei defensor, cum venerando Theologorum ordine meditaretur, *justum enim a solenni publicatione sanctissimi Formula Concordiæ libri*, absolvebat seculum.

Nec deerant, quibus aliud lætitiæ solennis argumentum nasceretur ex *vigesimo quinto Junii die*, cui incunabula sua debet Augustana Confessio, quam in æternos annos cum sororibus nobis fervet *Clementissimum Numen!*

Hujus

Hujus enim natalem quinquagesimum cum centesimo idem annus referebat. *Sed o spes hominum inanes, fallaces, lubricas, incertas!* Intercepta enim tanta publicæ gratulationis seges, velut infausto sidere in ipsa herba emarcuit. Gratulatur sibi de tam feralis anni fine afflicta Patria, stupet, & attonita hæret ad illius funestam memoriam, quam etiam fastis, atque annalibus suis negaret, nisi dolorum acerbitas subinde recrudesceret. Depopulatorem, Vespillonem, imo sepulchrum suum dicit, & vere dicit. Fidem adstruunt lamenta & lachrymæ, quas tot familiæ, quid familiæ? tot pagi, quid pagi? tot urbes, imo universa, qua patet, Saxonia, & in hac infiniti orphani, viduæ innumerabiles, subditi omnes, ubertim profuderunt. Hæc nostra fuere jubila, ut næniis, & complorationibus omnia flebiliter resonarent, & lamentabilis Echo totam viciniam impleret. Hic labor unus erat, otia Musis tædiosa, & Viris supra exemplum de Re publica & literaria meritis, si non funus, fugam tamen, & ne quid durius dicam, in fordidis sæpe viculis exilium indicere. Ad cœmeteria vero misera damnabatur Patria, & ab hominum commercio sua quemque formido abstrahabat,

Atque

Atque utinam intra plebeja funera stetit  
 libitinæ ratio! Ad majora damna infelices desti-  
 naverat cœli Vindicta, criminibus nostris accensa,  
 Tibi quippe, *Heinrice Frisi*, Domine, in quantum  
 Virtus laudari potest, æternum celebrande, quan-  
 quam dubitem, an laudibus Tuis ulla sufficiat  
 facundia, Tibi, *Generosissime Heinrice*, irreparabili  
 Patriæ, & Rei Literariæ damno, parandæ erant  
 hoc anno exequiæ! Nec satis. Seqvebantur  
 ingentia Heroum funera, ad quæ deploranda  
 nec lachrymarum imbres sufficiunt.

Fatum *Augusti* intelligo, Principis fere  
 Augusti, cujus cineres dum componimus mœ-  
 sti, tristissima vox infelices nos tantum non  
 occidit.

Horreo ad seqvens calamitatis nomen,  
 & suspiria vocem pene intercludunt, eloqui,  
*Auditores*, non sustineo; in Tuo enim funere,  
 Dive *Joannes Georgi*, ipse, cum fidissima Patria,  
 funus sum.

Inter tot misérias, quarum magnitudi-  
 nem nullus verborum apparatus æquare satis  
 poterit, Tu nobis solatio eras, Incomparabile  
 Ecclesiæ Pignus, & Præsidium, *Martine Geiere*,  
 tuam deposcebat sollicite opem, Tuæ apud  
 iustissimum Vindicem intercessionem squalida  
 &

& anxia Patria se credebat, at durum verbum!  
 Tu quoque nobis eripiebaris, (proposuerat enim  
 præsens annus nostris ditescere velle damnis) cu-  
 jus obitu universa Ecclesia purior, universus, qua-  
 cunqve patet, Christianus Orbis, tanquam im-  
 medicabili vulnere sauciatus est, imo propemo-  
 dum confossus.

*Heu quo prolapse sunt spes nostræ!*

O Annum supra Exemplum fere luctuosum. Si  
 enim per Annalium vestigia retrocedere, & quic-  
 quid memoriarum veterum custodia servavit, ex-  
 cutere velimus, longo itinere opus erit, prius-  
 quam occurrat aliquis, intra cujus angustias tot  
 damna compegerit Germaniæ fatum.

Negandum tamen non est, hunc nostrum  
 mira, sed ferali similitudine exscripsisse illum  
 annum, qui Carolo V. Imperatori Gloriosis-  
 simo, feralis fuit. Erat autem is seculi supe-  
 rioris quinquagesimus octavus, qui dum  
 vertitur, plurimi Principes, & maximi Viri, ex  
 rebus humanis excefferunt. Obiit Carolus  
 V. Imperator, obiit septemviri Augustales  
 (si *Strada* fidem habeas) duo, Colonensis, ac  
 Palatinus (neque etiam faventior Palatinatui  
 præsens anni circulus extitit; namque subtra-  
 xit incredibili terræ suæ, & quod in Principe  
 mireris

B

mireris, totius literarii Orbis luctu, Eruditissimum Principem, *Carolus Ludovicus*, cujus encomium facundia tuae, Magnum Academiae Heidelbergensis lumen, Amice Optime, Celebrerr. ac Disertissime *Franck* relinqvam.) Obiere Theologi ingentium in Ecclesiam meritorum, *Johannes Bugenhagenus*, *Justus Menius*, *Erhardus Snepsius*; obiere praesignes Viri, *Magnus Scaliger*, *Tiraquellus*, *Fernelius* (heu quanta nomina!) Quibus si nostram jacturam, quam res literaria non ita pridem in *Athanasio Kirchero*, & *Thoma Bartholino*, passa est, comparaveris, pene paria feceris. Sed nescio, quo me dolendi quidam impetus abstulit! Colligendus erit vagus ille adfectus, & eo traducenda oratio, cujus causa cathedram hanc occupavi.

*Obiisse Carolus V. Imperatorem morte Evangelica, hoc est, ad regulas artis moriendi Lutheranorum, probare decrevi.* Et ne quis me lites studio sectari judicet, sollicitavit me praepremis ad hanc operam *Marci Schönmanni* Jesuitae, Doct. & Professoris Theologi Academiae Erfurtensis impudentia, qui plurimis a me scriptis per Dei gratiam ad silentii infamiam adactus, nuper in *Libra Danielis*, haec tantummodo adversus me, & Virum laude mea majorem *Dn. D. Sagit-*

*Sagittarium*, murmuravit. Kan denn etwas  
herzliebber Leser / von der Wahrheit weiter  
entfernet seyn / als sagen / daß der Schnee  
nicht weiß sey ; der ganze Erdboden mit  
höchster Geschwindigkeit herum kugele /  
die abgestorbenen Leiber dem Gefühl und  
der Empfindlichkeit nicht unterworffen  
seyn / der allerklügste und gelehrteste  
unter allen Heyden habe nicht ein einzig  
mahl in seinen weitläufftigen und hoch=  
gepriesenen Büchern die Wahrheit ge=  
schrieben ? Ja freylich will ich dir noch  
etwas wunderbarlichers und lügenhaf=  
tes fürbringen. Was ist das ? Es ist  
dieses : Daß der Großmächtigste / unü=  
berwindlichste und gottfürchtigste Kay=  
ser Carolus V. seye Lutherisch gewesen /  
und in dem Lutherischen Glauben ganz  
fanft und seelig im HErrn entschlaffen /  
wie denn dieses D. Mayer und D. Sagit=  
tarius ungescheuet, verschiennen Jahres  
B 2 haben

haben schreiben dürfen. Das lasse mir eine neue Zeitung seyn! an welcher Catholische Leute / die nur etwas umb Händel wissen / woferne sie mit Kranckheit beladen wären / sich möchten gesund lachen. Ja ich halte dafür / daß Carolus V. wenn er solte von den Todten wiederumb zu uns Lebendigen kommen, dermaleins lächeln würde: ob er zwar nicht weniger als längst vor Ihm Carolus Magnus dem Lachen sehr feind und abhold gewesen. Hæc Schönmannus.

*Franciscum Pobertellum* ferunt, cum CAROLI V. laudes funebri oratione exponere statuisset, in ipso dicendi exordio fuisse collapsum, animo, sensibusque, ita turbatum, ut coactus orationis vela expandere, velut vento destitutus in medio cursu hæserit, iniquisque omnium sermonibus fuerit exceptus. Non illud de me sibi promittat Schönmannus, felicissime ad finem, ex veritatis, quam defendo, fiducia, recitationem hanc deducam, neque hoc a Vobis metuo, *Auditores*, quos hujus causæ Judices lego; *Attentionis*

nis enim assiduitatem, officii, quod jam geritis, conscientia jure suo a vobis exigit; religioso itaque favete silentio!

Compendia victoriæ, *Auditores Venerandi*, si confectari velim, possem adversarium uno velut ictu conficere, si ostendero illum jamdudum decoxisse fidem cum pudore, quando Illustrum Virorum exitus narrat; Quid æstuas Schönmanne, & nescio quid torva fronte minaris? Imo, si vir es, aude, negare, tua esse, quæ de obitu *Jacobi Reihingii*, ex Lojolita constantissimi usque ad extremum halitum orthodoxiæ Lutheraniæ defensoris, scribere non erubuisti. Ita autem in der Vorrede des unüberwindlichen Zeug-Hauses: Sie ist Zeit / weil oben von P. Reihinck Meldung geschehen / mit welchen die Lutheraner in allen ihren Schriften greulich prangen und prallen (ohn allen Zweifel / weil sie sonst keinen andern haben) zu avisiren und kund zu machen: daß P. Reihinck vor seinen Todt einen Catholischen Beichtvater begehret: wie aber ihm dieser abgeschlagen worden / er

B 3

mit

mit weinenden Augen seinen Abfall be-  
 reuet / seinen Irrthum öffentlich wieder-  
 ruffen / und also gut Catholisch gestorben  
 sey. Und dieses können wir mit unleug-  
 baren Zeugnissen beweisen. Es ist gut  
 Lutherisch leben / und Catholisch sterben /  
 das erste für den Leib / das andere für die  
 Seele. *Quos vero mihi, Marce, testes dabis,  
 & tantæ quidem autoritatis, ut Confessionario &  
 Socio tuo, Philippo Alegambe capistrum impo-  
 nant? Hic Te mentiri, fucum vendere, magna,  
 iniqua tamen, & blasphema ex more, & ingenio  
 Societatis tuæ in veritatem Evangelicam voce cla-  
 mat: \* Jacobus Reihinck, nat. Germanus, patria  
 Augustanus, ordinis Patricii, qui post multos in  
 Societate annos exactos, cum etiam Serenissimo Du-  
 ci Neuburgico, Wolfgango Guilielmo, nuper ad  
 Ecclesiam reduci fuisset a Concionibus, prolapsus  
 in turpes amores, ordinem fidemque transfuga de-  
 seruit, factus errorum magister: ducta domum  
 pellice pro uxore susceptis compluribus liberis, ita  
 miser implicatus est, ut ad veritatis confessionem  
 redire non sustineret. Sic in æternam mortem occu-  
 buit.*

\* Phil. Alegambe Biblioth. Script. Soc. Jesu p. m. 209.

*buit.* Vestrum arbitrium esto, *Auditores*, quam fidem mereatur homo in tam aperto, & turpi mendacio deprehensus & a Socio convictus. Quod si ex Rabbinorum proverbio *hæc Mendacis pœna sit, ut quando veritatem dicat, nec tum ei fidem habeant*, quis de Pontificia Caroli V. morte, quæ Schönmannus dixit, simplici credulitate recipiat.

Sed & fabulam esse, eumque nec in hac narratione mentiendi suppressisse libidinem, mox ostendam.

Quid, Schönmanne, papistice (veniam verbo precor, *Auditores*, dabo hoc desiderio horum hominum) quid papistice mori est? Consulam Doctores vestræ Religionis ad mortem Hodegetas, Libros excutiam, ut vocatis, Symbolicos, atque ex his (ne de injuria doctrinæ tuæ illata querendi occasionem habeas) formabo sententiam.

Papistice mori est felicitatem æternam, & ne hac excidas, adversus Diaboli insultus auxilium non a solo Christo, sed a Maria, Christi Matre, ardentissimis rogare suspiriis; Omnes hic appello precationum Libellos, & famosam præprimis, nullique non familiarem orationis formulam: *Maria, Mater gratia, Mater Misericordia, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.* Hanc etiam moribundis

Drexe-

Drexelius tradidit: *O Mater Misericordiae, Mater aeterni Regis, perveniant ad te preces meae! Scio, me peccatis meis graves poenas commervisse, sed tamen impetra mihi a Filio tuo misericordiam, ut, antequam moriar, ex animo convertar, & sinceram agam poenitentiam! O Mater Domini, assiste mihi, & adjuva me patrocinis, & meritis tuis, in omnibus doloribus meis, & praesertim in ultima necessitate mea succurre mihi! O Mater afflictorum, non me deseras in hora mortis meae!*

*Istas cum plurimis aliis Dies Parthenius \* hoc est, consveta Marianae Pietatis per diem exercitia, sodalibus Partheniis dicatus: O clementissima, o piissima, o dulcissima Virgo Maria, propter ineffabilem misericordiam, & virginium partum, eripe animam meam in ultima hora egressionis ejus a corpore, ab omni potestate, & invasione Daemonum, ne cum ipsis impiis aeternis deputetur incendiis, sed pro judicio tuae inexhaustae pietatis, & misericordiae, restitue eam in Paradisum jucunditatis aeternae! Et paulo post: Subveni mihi Domina in hora resolutionis meae, ne princeps tenebrarum mihi occurrat, nec potestas inferorum adversum me*

*pra.*

\* **DIES PARTHENIUS**, hoc est: Consveta Marianae Pietatis per Diem Exercitia, & Preces, primum Herbipoli Sodalibus Partheniis dicatus; Nunc denuo recusus Monachii, Formis Johannis Willhelmi Schell, 1660. p. m. 222. 223.

*prævaleat. Nec patiaris, o Virgo DEI, animam meam gehennalibus pœnis subjacere; sed eam ab æternæ mortis caligine libera, ipso auxiliante, & misericorditer concedente, quem tu concipere, parere, & lactare meruisti, Jesu Christo Filio tuo, Domino nostro, qui cum Patre, & Spiritu S. vivit, & regnat DEUS per omnia secula seculorum, Amen!*

Sequentem Jesuitæ Uratislavienses non ita pridem dederunt:

**Ein sonderbar andächtiges Gebet und Gesang / zu der Allerheiligsten und Seeligsten Jungfrauen, und Mutter Gottes Maria, umb ein seliges Ende. Breslau in der Baumannischen Erben Druckerey, druckts Christoph Jacob, Factor.**

**M**aria / ein Trost aller Sterbenden / wie ertattert mein Herz ob der Stund des Todes? wie grausam fürchte ich den allergefährlichsten Streit der grimmigen Geister? Ach! wie schwach bin ich gegen so starcken listigen Feinden? Ach wie werden sie die aus-  
C
fab-

fahrende Seele ängstigen / genau durch-  
 suchen / vergessene / ungebeichte Laster  
 auffrupffen? O Schrecken / nicht des  
 Todes / sondern dessen / so nach dem Tode  
 folget! Eines Weinenß werde ich wei-  
 nen / so lange mir der Athem gehet / will  
 ich nicht aufhören / dir zuzuschreyen /  
 daß meine Feinde mich nicht in ihren  
 Gewalt bringen / und sich erfreuen /  
 sprechend: Izt haben wir seine Seel /  
 wo ist nun seine Schirm-Frau Maria /  
 welcher Hülf und Stärck er sich verlas-  
 sen? O Jungfrau / wie wirds mir erge-  
 hen, wenn du mich nur einen Augenblick  
 verlässest? Laß nicht zu / allergnädigste  
 Mutter / daß ich dir umbsonst so lange  
 (wiewohl leider hinläßig) gedienet habe /  
 solt denn ich vergebentlich in deiner Brü-  
 derschaft dich so viel tausendmahl umb  
 ein seeliges Ende angeruffen haben? Solt  
 denn Iesu Leiden / Blut und Todt /  
 die

die Heil. Sacrament / und dein heilige  
 Fürbitt / an mir ganz verlobren seyn ?  
 O ich tausendmahl elender Mensch / wie  
 viel verzweiffelte Pfeil werden die Teufel  
 in mein fürchtam Herß schiessen / sie  
 werden mir Gott ganz über mich er-  
 grimmet fürmahlen / die Höll eröffnen,  
 den Himmel verriegeln / tausend unge-  
 büßete Sünde herfür ziehen / oder mich  
 vermessenlich und verstockt machen. O  
 Jungfrau / was für Gewalt / Anlauff /  
 Sturm / tausend List werden sie brau-  
 chen in meiner letzten Stunde? Das ist  
 die Stunde, ob welcher Gedächtnüß  
 mein innerstes Marck in Beinen erzit-  
 tert. Denn ich weiß wie unmenschlich  
 ich die Augen deines Sohns / die Heilige  
 Dreyfaltigkeit / dich und alle Heiligen  
 verletzt habe. Diß / O Maria, ist die  
 allerschädlichste / gefährlichste / und mit  
 unendlichen blutigen Zähren zu beweinen  
 C 2 nen

nen zweiffelhafftige Stund. O mein  
 allerlezte Stund / O Stund / nach  
 welcher kein Augenblick mehr zur Buß  
 verliehen wird. O Stunde / an der  
 mein unendliches Wehe, oder mein un-  
 endliches Heyl / und Ewigkeit hanget.  
 Wo der Baum hinfällt / da liegt er ewig /  
 fällt er in die Höll / da hilft / O Maria /  
 weder dein / noch aller Heiligen Gebet  
 und Zäher. Ob siegen alsdenn meine  
 Feinde, so bin ich verlohren, so bin ich  
 ewig von dir, O allerliebste Mutter, von  
 Gott / von allen Heiligen / von allen  
 Frommen, von aller Hoffnung geschie-  
 den. O Wehe / O Wehe / fehlt's mir in  
 dieser Stunde / so muß ich ins ewige  
 Feuer / mit Leib und Seele ewig brennen  
 und braten, ewig verzweifeln mit den  
 verdampften Teuffeln / mit welchen ich  
 gesündigt habe, unaussprechliche ewige  
 Pein leiden. O ewig, wie lange? In  
 Ewig-

Ewigkeit. O ewig, wie bitter? unend-  
 lich. O ewig, wie viel Jahr? mehr  
 als Tropffen und Sand am Meer / mehr  
 als Laub und Gras / mehr als alle Engel  
 von Ewigkeit können zählen. Es ist da  
 kein End / sondern ewig sterben / und nicht  
 gar können sterben / keine Erlösung keine  
 Gnad / so lange dieser Gott wird seyn.  
 Da wird seyn ewiges Graußgrammen /  
 Heulen / Zähnklopfen / ewiges Ach und  
 Wehe schreien / umb nur eine Todtsünd /  
 welche ich verschwiegen / nicht mit rech-  
 ter Neu / und Fürsach gebeicht / oder nur  
 eine frembde Sünde begangen. O blu-  
 tige Stunde / warumb schwimmt mein  
 Herz nicht in blutigen Zähren? Das ist  
 die erschrockliche Stunde, für welche ich  
 tausendmahl zu dir / O Maria / mit  
 Flehen, Herzklopfen / Seuffzen / täglich  
 und stündlich / mit ganzem Herzen  
 schreie. O Heilige Maria / bitt für  
 uns

uns / ist und in der Stunde unsers Ab-  
 sterbens. Jedoch / O gnädigste Jung-  
 frau / O mein aller herzlichste Mutter,  
 das ist die Stunde, in welcher ich Un-  
 würdigster unzweifflich hoffe / du wirst  
 mich nicht verlassen / denn wie soltest du  
 mit Augen zusehen / daß meine arme  
 Seele von den Teuffeln in die ewige  
 Marter solt geschleiffet werden? Solte  
 denn all mein Beichten / die H. Sacra-  
 menten / und so viel tausend Seuffzer zu  
 dir / mit einander verlohren seyn? Wie  
 möchte doch solches dein Mütterliches  
 Herz erleiden? Solte da deine Gewalt  
 nicht stärker seyn / als aller Teuffel? dein  
 Güte nicht grösser, als meine Sünde?  
 O Jungfrau / alsdenn erscheine mir  
 mild, trostreich, und erwirbe mir Gnade  
 vernünftig, schmerzlich, vollkōmmen-  
 lich vor dieser Stunde zu beichten / und  
 das Heilige Sacrament würdig zu emp-  
 pfahen,

pfahen / so werden die Teuffel weit dahin-  
 den stehen. Sage / O Jungfrau / Salus  
 tua ego sum, Ich bin deine Mutter  
 der Barmherzigkeit / vertraue mir, ich  
 wil dich ewig nicht verlassen. Also / O  
 aller Honigsüßest Mutter / also stärke  
 mich / also suche mich heim, und tröste  
 mich. O wie frölich wil ich mich in  
 den Willen Gottes ergeben? O Jung-  
 frau / nimm meine heilige Patronen  
 M. M. und Schuß-Engel mit dir, aber  
 du allein sprich meiner Seelen zu / Jesus  
 Maria. Nimm sie wie dein liebes Kind  
 auf deinen Arm / und trage sie Jesu,  
 deinem Sohn, zu, Er kan sie umb deinet  
 wegen nicht verwerffen. Alsdenn wird  
 sie sich mit dir ewig erfreuen, daß sie  
 dieser erschrecklichen Stunde glücklich  
 entrunnen / alsdenn wird sie dich und  
 deinen Sohn ewig loben / und danken  
 ewiglich. Das verleyhe mir Gott  
 Vater,

**Vater / Sohn / und Heilger Geist / Amen.** Laudat hinc Justum Lipsium, omnibusque exemplo esse vult, Drexelius ita scribens: \* Obiit Anno millesimo sexcentesimo quarto, 10. Calendas Apriles, Justus Lipsius, Vir eruditione, & scriptis clarissimus: Sæpe is sibi cum Augusto Euthanasian, & facilem mortem exoptare consueverat, liberum etiam in illa necessitate, & intrepidum animum. Utrumque votis accidit: nam unis tantum quatuor diebus summum hoc egit, MORI. Toto hoc tempore nec scriptorum a se, nec studiorum ullum omnino fecit verbum: imo cum solatii a stoicis magnam illi materiam superesse, quispiam insurraret: illa sunt vana, respondit, digitoque in Christi crucifixi prope adstantem imaginem intento: Hæc, ait, est vera patientia, mox magno spiritu subjecit: Domine Jesu, da mihi patientiam Christianam. Morbi invalescentis initio, prima illi cura fuit, sacris Poenitentiae, Eucharistiae, Extremæ unctionis purgari, muniri, foveri Sacramentis, piorum precibus assidue ardentemque expetitis, in altum oculis manibusque moribundus sublatis, sic pie ipse precatus est: O mater DEI, ad sis famulo tuo cum  
tota

\* Drexelius Confid. V. de Æternitate p. m. 18.

tota Æternitate decertanti, & non me deferas in hac hora, a qua pendet animæ meæ salus æterna. Habemus hic, mi Christianæ, viri Catholici exemplum nobile: nos itidem a Christo DEO, & a beatissima Virgine, DEI parente, eadem quotidie efflagitemus, & ardente animo de die sæpius dicamus: o Christe Jesu, o mater DEI, ad sis famulo tuo cum tota æternitate luctaturo, & non me deferas in illa hora, a qua pendet animæ meæ æterna salus. *Hactenus Jesuita Drexelius.*

Neque Antonius Spinellus Lojolita hic prætereundus, quo de Philippus Alegambe: *Antonius Spinellus paulo ante decessum, ad beatam æternitatem adspirans, brachiis nunc expansis, nunc ante pectus contractis, suspirabat. Cum Dei-para salutis suæ negotium tota semihora transegit, illud ingeminans, o Domina mea, quæ docuisti me a juventute mea, usque in senectam, Et senium, ne derelinquas me. Cætera taceo.*

Papistice mori est, animam corpori valedicentem commendare non Tibi, tuisque manibus, Christe, tantum, sed Mariæ etiam. *Ita Dies Parthenius p. 220. Veni, Domina mea, cum cœlesti militia; in exitu miserere animæ meæ, para ei iter tutum, cum ante districtum judicem*

D

Filium

• Alegambe Biblioth. Jes. p. 371.

*Filium tuum ducta fuerit, & qui te piam Matrem misericordie tunc invocare non possum, ideo nunc animam meam in illa fide recomendo tibi, in qua DEUS Pater unigenitum Filium suum commendavit, quando eum de te carnem sumere voluit. Et in illa fide tibi nunc animam meam commendo, in qua ipse Filius, Dominus Jesus Christus, in cruce pendens, te Sancto Johanni in Matrem, & illum tibi in Filium commendavit. Nec non in illa fide tibi nunc animam commendo, in qua Sancta Trinitas in transitu Tuo animam tuam sanctissimam suscepit, teque ad thronum glorie collocavit, ita & tu, clementissima Virgo Maria, animam meam non deseras, quousque tuis meritis, & precibus, gratiam & misericordiam a dilecto Filio tuo, Domino nostro Jesu Christo, obtineat: & quod minus habent mea merita, suppleat gratia tua, & misericordia, quia tu es unica spes, & misericordia mea, cum Domino Jesu nostro. Fecit id D. Opportuna, quæ, si Cornelio a Lapide fides habenda, in Mariæ manus spiritum tradidit. Audivit etiam ipse Georgius Caslander, correptum fuisse a Jesuitis juvenem, quod jamjam propter religionem comburendus, DEO, non Mariæ animam suam offerret.*

Papi-

Corn. a Lapide in Matth. XXV. v. 10. f. m. 457.

Caslander Def. Lib. de offic. p. 849.

Papistice mori, est propriis meritis æternam felicitatem nundinari. *Si quis dixerit* (hæc Patrum Tridentinorum vox est) *Justificatum bonis operibus, quæ ab eo per gratiam, & Christi meritum, cujus vivum membrum est, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum: anathema sit.*

Et, ut Sole meridiano clarius evadat, longe alia via ad cœlum tendere, quam papistica, qui solius Salvatoris merito innituntur, doctrinam hanc Pontifices Romani per Indices proscripserunt expurgatorios. Hæc enim in *Sacerdotali Romano, sive Ordine baptizandi cum modo visitandi juxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ; censura notavit Index Hispanicus Fol. XXIV. ad medium: DELEANTUR ILLA VERBA. Credis non propriis meritis, sed passionis Domini nostri Jesu Christi virtute, & merito, ad gloriam pervenire? DELEANTUR ILLA VERBA: Credis, quod Dominus noster Jesus Christus pro nostra salute mortuus sit, & quod ex propriis meritis, vel alio modo nullus possit salvari, nisi in merito passionis ipsius? DELEANTUR ILLA VERBA.* Intelligitis, spero *Auditores,*

D 2

&amp;

& cum horrore, ut video, intelligitis, quis Papistice obiisse dicendus sit.

Paucis nunc accipite, quid a mortis Candidato Ecclesia requirat Evangelica: uno verbo: JESUM. Hunc moribundorum unicum adversus insidias Dæmonum refugium, unicum animæ receptaculum, solam æternæ salutis causam statuit. Illum, nisi infinitis deliciis carere velis, vera fide amplectendum; in hujus meritis & vulneribus omnem & unam fiduciæ spem reponendam, æternos cruciatus Hominibus, qui meritis regnum cœlestis polcant propriis, interminans. Evangelica ergo morte obit, qui in solis Christi brachiis moriens recumbit, qui gaudia nunquam finienda ob acerbissimæ Passionis Jesu merita, ex mera cœlestis Patris gratia expectat. Atqui hac ratione, his cogitationibus diem clausisse supremum gloriosissimæ memoriæ, Principem Carolum, jam demonstrabo. Testes in medium producam, non partium studio suspectos (quibus ridicule satis me Schönmannus de Luthero quid somnians aggreditur) sed Papistas ipsos, fidei Romanæ filios, quos, ut audiatis benigne *Auditores*, Tu Schönmanne patienter summo studio, ab utrisque contendo,

Lingvis

Lingvis, animisque favete, ævi nostri Tacitum, (cujus scripta, gravitate moderata, subtilitate facili, veritate incorrupta splendescere Puteanus judicat,) Famianum Stradam, ex Lojolitico ordine produco, \* qui imaginarias, quas Optimus Imperator vicinæ morti proludens sibi exquias celebraverat, describens hæc refert: Sacerdoti scilicet, quam gestabat facem sublatis in cœlum oculis Carolum hoc suspirio, quo omnes Lutherani oculos suos claudunt feliciter, tradidisse: *Ego te, vitæ ac mortis arbiter, oro, quæsoque, ut, quemadmodum oblatum hunc a me cereum Sacerdos capit, sic commendatam in manus tuas hanc animam Tu, quandocunque libuerit, in sinum, complexusque tuos, benigne suscipias!* Quid ais, Marce, aut manus Mariæ desideratas, Mariæ patrocinium in decretoria hora imploratum, quod omnes ingenue Papæos facere decet, in hac oratione mihi ostende, aut sola Servatoris brachia, solam DEI benignitatem expetitam cum cernas, regia Lutheranorum via Imperatorem relictis pie fatuis illis Marianorum ignibus, cœlum adiisse, invitum licet admitte.

Succedas Tu, Jacobe Auguste Thuane, (nullos huic nomini titulos adjicio, quia

D 3

omnes

\* Fam. Strada de Bello Belgico Lib. I. p. m. 13.

omnes transcendit) & hanc mentem num in mortis etiam servavit agone, in splendida hac panegyri ediffere. Ita vero hic \* ultima Caroli V. ad posteros transmisit: Nulla re magis Carolus animi magnitudinem ostendit, quam vitæ clausula, qua Vir, alios vincere asvetus, se ipsum vicit, vitæque, tot casibus obnoxia, jam potio rem mente agitans, antequam moreretur, renunciavit, & qui reipublicæ vixerat, sibi, ac Deo, cepit vivere. Itaque toto biennio, quod mortem præcessit, in Hieronymianorum fratrum sodolatio, monitore usus Constantino quodam, qui ei a sacris confessionibus erat, præcipue B. Bernardi nostratis lectione se solabatur, & toto pectore in DEum revolutus, sic ratiocinabatur: se quidem indignum esse, qui propriis meritis regnum cœlorum obtineret, sed Dominum Deum suum, qui illud duplici jure obtineat, & Patris hæreditate, & Passionis merito, altero contentum esse, alterum sibi donare, ex cujus dono illud sibi merito vindicet, hæcque fiducia fretus minime confundebatur: neque enim oleum misericordiæ, nisi in vase fiduciæ, poni: hanc hominis fiduciam esse a se deficientis & innitentis dominio suo: alioqui propriis

\* Thuanus Lib. XXI. Histor. fol. 428. 429.

priis meritis fidere, non fidei, sed perfidiæ esse: peccata remitti per Dei indulgentiam, ideoque credere nos debere, peccata deleri non posse, nisi ab eo, cui soli peccavimus, & in quem peccatum non cadit: per quem solum nobis peccata condonantur.

Ita cum sensim ad lentam tabem febris acuta accessisset, imaginem Christi cruci affixi, identidem in oculis, ulnis, ore, & tota mente complexus, in eo solo se omnem salutis suæ spem collocare declaravit; sumtoque viatico, In mane, inquit, dulcissime Servator, ut ego in te maneam: in quæ verba deficiens animam gloriosissima hic vita defunctam DEO, qui dederat illam, reddidit; *Hactenus Thuanus.* Non absque læto pietatis sensu hæc vobis recito, Auditores; Si hoc enim non est erroribus renunciare papæis, in veritate mori Evangelica, nescio quid sit. Revocant in memoriam, (quod in transcurso nunc monendum duco) hæc ultima Gloriosissimi Imperatoris verba, quibus & linguæ, & vitæ valedixit officiis, *Mane in me dulcissime Servator, ut ego in te maneam,* recentem aut antiquum (de cujus canitie me monuit Liber: *Mariæ Creaturarum Domina Mancipium.* Hoc est: *Modus dedicandi se Deiparæ in Mancipium.*

pium. Multis ante seculis, sancte in Ecclesia usur-  
 patus, & antehac in Italia, & Germania evulga-  
 tus, nunc vero paullo fusius explicatus. Opera  
 & studio Sodalium B. V. Coloniensium apud R. R.  
 Patres Societatis Jesu. Superiorum Permissu &  
 Approbatione Coloniae, apud Joannem Rinckium,  
 sub Monocerote, Anno M D C X X X I V. Quæ  
 tibi autem, Schönmanne, & de libro, & modo  
 dedicandi se in Mancipium Deiparæ, mens est?  
 Scis quid velim? Pontificiorum errorem, S. Eu-  
 charistiam non tam ob Christi, quam Mariæ unio-  
 nem, desiderandam esse. Attendite Auditores  
 & exhorrescite ad speculationis illius profanam  
 immunditiam: Sanctissimi Ignatii Patris nostri,  
 „ (verba *Ferdinandi Quirini de Salazar* \* Lojoli-  
 „ tæ refero) pia in Mariam religiosa meditatio est,  
 „ cogitabat Filium & Matrem unam esse carnem,  
 „ & sanguinem, aut certe filium esse quandam  
 „ matris portionem. Hinc eliciebat, se in Eu-  
 „ charistia, non solum Christi, sed etiam Ma-  
 „ riæ carnem, sanguinemque, vel certe ma-  
 „ gnam, imo præcipuam Mariæ partem, suscipere.  
 „ Nam si una filii matrisque caro & unus san-  
 „ gvis, qui filii carnem, sanguinemque sumit,  
 „ matris etiam carnem sumat necesse est. Et  
 si

\* Salazar ad Proverb. IX. v. 4. col. 769.

si filius parentis suæ pars, aut membrum est, „  
 qui filium devorat, parentis suæ quoque par- „  
 tem devorat. Nam quæ sunt uni tertio iden- „  
 tica, inter se quoque identitatem contra- „  
 hunt. Virgo est una cum Christo caro, & „  
 nos item. E. cum Virgine etiam carne „  
 communicamus. Ex hac vero meditatione „  
 Ignatii animus incredibilem voluptatem hau- „  
 riebat. Et sane ob hanc solam rationem, „  
 jure optimo Virgo panem suum appellare „  
 potest Eucharisticum; quia nimirum ita „  
 Christi corpus & sanguinem continet, & mo- „  
 do jam insinuato Deiparæ carnem, & sangui- „  
 nem quodammodo includat.

Jungam huic Jesuitam meritis in Curiam „  
 Romanam insignem, quem, non sine sanctitatis „  
 opinione, ad plures abiisse, credunt parasiti, *Cornelius a Lapide*. Ita vero ille: \* Mirum hoc, „  
 sed verum, quoties enim comedimus carnem „  
 Christi in Eucharistia, toties in eadem comedi- „  
 mus realiter carnem B. Virginis: quia caro Chri- „  
 sti est caro B. Virginis: imo ipsissima caro „  
 Christi, antequam in incarnatione a B. Virgi- „  
 nis carne decideretur, & daretur Christo, fuit „  
 E pro-

\* Cornelius a Lapide Comment. in Ecclesiast. Cap. XXIV, 29.  
 fol. m. 537. 538.

„ propria caro B. Virginis, ejusque anima infor-  
 „ mabatur & animabatur. Sicut ergo quotidie  
 „ esurimus carnem Christi in Eucharistia, sic &  
 „ esurimus in eadem carnem B. Virginis, ut vir-  
 „ gineas ejus dotes, & mores imbibamus, nobis-  
 „ que incorporemus. Idque faciunt non soli  
 „ Sacerdotes, & Religiosi, sed omnes Christiani:  
 „ omnes enim sua, æque ac Christi, carne pascit  
 „ B. Virgo in Eucharistia. Atque hinc ille virgi-  
 „ nitatis, & angelicæ puritatis amor indigne &  
 „ frequenter communicantibus. Sane fideles  
 „ omnes hac de causa, uti Christum, sic B. Virgi-  
 „ nem assidue, corde, & ore, & opere gestare de-  
 „ berent; imo in Virginem quasi transire, & trans-  
 „ mutari, sicut ferrum, igne candens, transit in  
 „ ignem, & sicut panis in fermento conditus in  
 „ fermentum quasi immigrat, & transit. Unde  
 „ Christus se suaque comparat fermento, Matth.  
 „ 13, 33. Atque hac de causa Christus suam car-  
 „ nem reliquit in Eucharistia, optante, & forte  
 „ orante id B. Virgine, ut sese intime fideli cuique  
 „ per omnia temporum secula, uniret, & incor-  
 „ poraret. *Hæc a Lapide.*

*Christophorum quoque Vegam* \* peculiari  
 probantem numero, Mariam in Eucharistia ve-  
 ram

\* Christophorus de Vega Theol. Marian. n. 1476.

ram hominum esse nutricem, ubi mammilla Regia lactemur, aliosque plures dare possem hujus sententiæ Patronos, nisi e diverticulo in viam esset redeundum. QVAM BELLE AUTEM HÆC CUM CAROLIV. NOVISSIMIS CONVENIUNT.

Sed frontem caperat Schönmannus, labia movet in Apologiæ usum. Quid Tibi vis, Schönmanne? Thuanum, inquit, accuso; Thuanum rejicio; Postularunt hunc hominem Jo. Baptista Gallus Jctus, atque Jacobus Gretserus impietatis, & adversus Romanam curiam odii, imo & plurimorum mendaciorum peculiaribus scriptis. Quid mirum ergo in Hæreticorum gratiam, Thuanum hæc scripsisse, quibus favebat?

At, quam tacuisse fatius fuisset, Schönmanne! Causam Thuani egerunt Curia Parisiensis Senatores, qui in Apologia Thuana Anno 1620. edita, Thuanum suum *Catholicae fidei tenacissimum, & Ecclesie Romanae, quam sanctissimi Apostoli, Petrus, & Paulus, scriptis, sanguine suo obsignatis, fundaverunt, religiosissimum cultorem, qui vel tantillum ab ea recedere summum semper nefas existimaverit: Adversarium vero GALLUM DAMNATAE CON-*

*SCIENTIÆ PERDITISSIMUM NEBULONEM*, communi suffragio damnant.

Et ne vos lateat, *Auditores*, quem larva Jo. Baptistæ Galli tegat, prodam mysteria. Perditissimus iste nebulo Jesuita est, & Jesuita quidem Macaldus. Ita enim apud Alegambium\* Lojolitam lego: *Jo. Baptista de Machand, sive Macaldus, edidit notationes in Historiam Jac. Augusti Thuani, sub nomine Jo. Baptistæ Galli Jcti, Latine.* Nebulonis ergo, & damnatæ conscientiæ perditissimi Nebulonis, quis attendat nebulas? Neque quid scabiosus asinus Tuus rudat, nos moratur. Ignosce, Schönmanne, quod, asini nomine, ac titulo, Gretserum tuum compellem. Mira similitudine se asinum exscripsisse ipse Gretserus falsus est. Ad Confessionarium tuum\*\* provoco qui de Gretsero hunc in modum: *Institerunt apud Ordinem nostrum Cives Gretseri, ut Gretserum, penicillo expressum, sibi concederent, quem in Curia, honoris ergo, servarent. Indignatus ille est, ubi rescivit, monuitque, tum demum illos suam imaginem habituros, si PICTUM in tabula ASINUM haberent.* Quod si itaque Thuanum Asinus calcitrasset. Haberem plura in Apologiæ pro celeberrimo Viro (qui utinam noster

\* Alegambe Biblioth. Jes. p. 224.

\*\* Id. ib. p. 199.

noster fuisse!) usum, nisi lippis, & tonsoribus, de causa odii in Thuanum Lojoliticae Societatis plusquam Vatiniani constaret. Non possum tamen me continere, quin Erbermanno, mendacissimo, & mordacissimo Jesuitæ, plagam Illustris Grammondi verbis intentem. Ita autem Erbermannus: \* *Ex Libris historiarum nemo Thuanum jure Catholicum dixerit. Legimus & nos eum olim a capite ad calcem: Sed in negotio religionis haud paullo periculosiorem invenimus, quam ipsum Calvinistam Sleidanum: atque utinam non cum perniciosissimo plurimorum experimento idem adhuc cerneatur. Memini ante annos 26. Justum Meyerum Jctum Argentinae, Zelosum Lutheranum de Thuano (cum aliis ibidem) opinari, quod in Confessione Augustana obierit. Unde quid mirum, quod eum Catholici explodant? Noster certe videri non potest, cum tot in eum, quæ ipsum (ut loquitur Forerus in Symb. Lutheran. p. 703.) hæresi a vertice usque ad talos delibutum, pessimaque fidei historicum fuisse palam faciant, ut sigillatim annotavit in opusculo de ejus Historia Jo. Baptista Gall. Jctus Ingolstadii Anno 1641. impresso, ex quibus omnibus odium internecinum Thuani in Romanam Catholicam religionem maximis radiorum stricturis emi-*

E 3

cat.

\* Vitus Erbermann. in Irenico Catholico cap. 5.

*cat. Dummodo enim aliquis hostis Papa, Car-*  
*dinalium, & Cleri fuerit, licet cetera hereticissi-*  
*mus, & sceleratissimus; jam dignus Thuano visus*  
*fuit, qui super sidera laudibus extolleretur. Longe*  
 alia in sacro Regis Galliae Consistorio Senator,  
 & in Parlamento Tolosano Praeses, Gabr. Bar-  
 tholomæus Grammondus: \* Eadem circa  
 tempora mortalitatem explevit Thuanus, in  
 Parlam. Lutetiano Praeses; Vir profapia illustris,  
 doctrina & rerum experientia, inter paucos,  
 Liberales artes; & scientias ut profusus a tene-  
 ris: ut litteratos amaverit, immensa in Remp.  
 charitate, docemur historiarum monumentis,  
 quæ accurate edidit ab excessu Francisci primi  
 in Henrici IV. extrema: externi acceptam illi  
 gratiam ferunt Historiæ Gallicæ, nec parce  
 laudant. --- Cæterum privilegia Ecclesiæ Gal-  
 licanæ, & Regum autoritatem, dum acrius  
 vindicat vir politicus, Romæ suspectatur: ini-  
 qua suspicio, quam mendacii manifestam fa-  
 cit, ne dum vita quam exegit in fide Catholica  
 & Romana, magna virtutis Christianæ  
 exemplo, sed & ipsius testamentum, quo  
 palam profiteretur fidem Orthodoxam. Va-  
 leant

\* Grammondus Lib. 3. Histor. Gall. p. m. 191. 192.

leant igitur, qui Thuano, & Grammondo, nec matulam quidem præstare digni sunt.

Sed, ut reliquos etiam testes producam, tempus est. Ita vero Pauli IV. Episcopi Romani Secretarius de obitu Caroli Cæsaris ad Pontificem: Metuo, ne sit oleum additum Camino, cum ad Sanctitatem vestram Toletanus Episcopus scripserit, ipsum Carolum morientem dixisse, sibi videri veram esse Lutheranorum de Justificatione sententiam. Fama statim per universam Europam tulit, & simul quod Sanctitas vestra dixerit, se nolle ipsi propterea, quod cum Lutheranis in præcipuo religionis capite sensisset, ullas exequias celebrare.

Quid de *Jo. Ægidio* dicam, acceptissimo Imperatoris Achate, Religionis Lutheranae Professore? Quid de *Constantino Pontio*, Caroli per tot annos Concionatore, veritatis Evangelicæ Doctore constantissimo? Quid de *Bartholomæo Caranza*, Archi-Episcopo Toletano, ultimo, vel Schönmanno teste, Caroli Confessionario, Lutheranorum dogmatum Propugnatore? Quod si ex horum judicandus veniat Carolus consuetudine, ex horum erga æternam optumi Imperatoris felicitatem integro affectu, quis de Lutherana Caroli morte ambi-

ambigat? Priorum puritatem his adstruit Thua-  
 „ nus: \* Joannes Legionensis, qui primo far-  
 „ toriam Mexici in nova Hispania exercuerat,  
 „ dein in B. Isidori collegium cooptatus, in quo  
 „ sodales puriori doctrinae, uti illi jactabant, in  
 „ occulto studebant: auxit & eorum numerum  
 „ Francisca Chavesia ex B. Elizabethae cœno-  
 „ bio virgo DEO dicata, quæ a Jo. Ægidio  
 „ concionatore Hispalensi, de quo mox di-  
 „ cemus, instructa, eandem pœnam magna  
 „ etiam constantia pertulit. Ex eadem Schola  
 „ prodiit Christophorus etiam Losada, Medi-  
 „ cus, & Christophorus Arellanius, ejusdem  
 „ B. Isidori cœnobii monachus; ac tandem  
 „ Garcias Arias, qui primus in illud Isidori so-  
 „ dalitium ejusdem religionis scintillas intulit,  
 „ assiduis suis monitis ac concionibus, ex qui-  
 „ bus ingens ille rogo accensus est, & cœno-  
 „ bium ipsum, ac bona pars urbis opulentis-  
 „ simæ, pene conflagravit. Is raræ eruditio-  
 „ nis vir, sed parum constantis sibi ingenii,  
 „ plerumque mutabat, & quæ suis persuaserat, ac  
 „ præscripserat, cum ex eo illis ab Inquisitoribus  
 „ periculum creabatur, ipse acutus in dispu-  
 „ tando disceptator refellebat, & evertebat.

His

\* Thuanus Lib. XXIII. Histor. f. m. 477. 478.

His artibus cum multos in errorem inductos  
 manifesto periculo objecisset, se vero dete-  
 stando fidei violatæ piaculo obligasset, a Jo.  
 Ægidio, Constantino Pontio, & Vargico  
 aliquando monitus, quod parum sincere in  
 amicorum, atque adeo idem cum ipso sen-  
 tientium, causa versaretur, ille prævidere se  
 respondit, brevi fore, ut tauros in sublime  
 spectaculum productos cernere cogeretur; in-  
 quisitorium theatrum hoc sermone significans:  
 Ad quæ verba retulit Constantinus, si ita Deo  
 placeret, non eum e sublimi ludos despectu-  
 rum, sed ipsum in arena futurum; nec Con-  
 stantini augurio eventus defuit. Nam Arias  
 mox postulatus est, & sive senectute sua auda-  
 cior, sive repentina mutatione ex meticuloso,  
 qui hætenus fuerat, jam fortior effectus, in  
 expectata constantia inquisitorii tribunalis  
 assessores acerbissimis verbis objurgavit,  
 aptiores esse, qui vili agalorum munere  
 fungerentur, quam qui fidei, quam turpi-  
 ter ignorabant, censuram impudenter sibi  
 sumerent; Præterea vehementer dolere  
 testabatur, quod veritatem, quam tunc  
 tueri se aiebat, sciens ac volens adversus  
 pios illius defensores sæpe coram ipsis oppu-  
 gnasset:

F

gnasset:

„ gnasset: quam poenitentiam, quamdiu in vivis  
 „ esset, ex animo nunquam deponeret; Ita in  
 „ triumphum ductus, ac vivus ustulatus, Constan-  
 „ tini augurium firmavit. Restabant ii, quos  
 „ diximus, Ægidius, & Constantinus, scenæ cho-  
 „ ragi, qui ultimum pompæ agmen clauderent;  
 „ verum ntrumque mors anticipata vivum specta-  
 „ culo invidit; Siquidem illi, ob eximiam pieta-  
 „ tis & eruditionis opinionem, cum a Cæsare,  
 „ Philippi parente, Episcopus Drossensis esset de-  
 „ signatus, postea postulatus est, & recantato seu  
 „ astu, seu hortatu Dominici a Soto, publice er-  
 „ rore, concionandi munere, ac sacris, ad tempus  
 „ interdictum est, & aliquanto tempore ante  
 „ actum illum obiit. Sed cum Inquisitores mi-  
 „ tius cum illo actum putarent, cadaver in jus vo-  
 „ cant, & mortuum ad mortem damnant, eum-  
 „ que, tanquam ex machina excitatum, ad spe-  
 „ ctaculum sistunt, straminea effigie. Constan-  
 „ tinus vero, qui a sacris confessionibus diu Cæsari,  
 „ ei que in solitudine sua, post Imperii, ac re-  
 „ gnorum abdicationem, ac postremo ani-  
 „ mam agenti, semper præsto fuerat, ad idem  
 „ mox tribunal raptus, in tetro carcere paullo  
 „ ante exspiraverat. Sed ne theatrum Con-  
 „ stantino careret, ejus, quasi concionantis effi-  
 „ gies

gies circumducta est, atque ita terribile per se spectaculum, quod primo plerisque astantium lacrimas excusserat, larvis his in scenam productis, risum multis, ac postremo indignationem movit.

Postremo veritatis agnitionem squalidi, ad quos damnabatur, carceres, munerum, atque dignitatum exspoliationes probant. Fatetur id, licet inter dentes mussitans, *Sfortia Pallavicinus*, \* Societat. Jesu Rom. Ecclesiae Cardinalis: *Ad haec Suavis, inter eos, in quos heresis titulo animadversum fuit, recenset Bartholomaeum Caranzam Dominicanum, qui ante collatas sibi Infulas Tridentina Synodo interfuerat, ob eam criminationem libertate, ac proventibus spoliatum: Id sane confictum non est; verum illius locodum Pontium accepit Suavis, hallucinatus est: nam revera Carolo moribundo adfuit Caranza, et pro dignitate, quam obtinebat, extrema Ecclesiae officia illi praestitit in vitae exitu. Sed causa, cur illic adesset, ea fuit, quod, delato ad Carolum rumore sinistrae opinionis, quae de correpta Archiepiscopi mente spargebatur, ad se hominem accersiri jusserat, ut ipsum commoneret. Atque haec dicta sint ad abster.*

\* Sfortia Pallavicinus in Concilii Tridentini Histor. Lib. 4. Cap. XI. fol. m. 199.

abstergendam inclyti Caesaris famam, qui pretio  
 utriusque Terrarum Orbis ab se abjecti, Caelum  
 mercari contendit. Quod spectat ad Caranzam,  
 cur silentio Svarvis obvoluit, expensa plures annos  
 illius causa, & antea ab Hispaniensi Inquisitione,  
 & postea a Romana, sedentibus Pio V. & Gregorio  
 XIII. nihil solidi repertum fuisse, ut is manifesta  
 noxa damnaretur: sed solum, ut obstringeretur ad  
 ejurandum, ob **VEHEMENTEM SUSPI-**  
**CIONEM, QVAM EXCITARAT DE**  
**SUÆ FIDEI PRAVITATE, &c.**


Inunc Schönmanne, & ut mentis lumi-  
 na serres, da operam; Tibique dictum puta,  
 quod, omni veritate destitutus, adversus me, &  
 Sagittarium scripsisti: König Raninus  
 hat denen Dieben lassen die Augen aus-  
 stechen / darumb / dieweil sie mit den  
 Augen gesündiget hatten. Es ist zu  
 befürchten / daß der König Himmels  
 und der Erden / Sagittarium, und  
 Mayerum nicht gänzlich beraube derer  
 innerlichen Augen / das ist, des Verstan-  
 des: dieweil sie ihren Verstand schwer-  
 lich gemißbrauchet haben, mit Behau-  
 ptung

ptung dieser schrecklichen Lügen, Kaiser  
 Carolus V. seye Lutherisch gewesen und  
 gestorben. Quis fucum vendiderit, fabulis  
 Lectores suos deceperit, doctus nunc iudicet  
 Orbis. Nos luculentam hanc de Gloriosissimi  
 Imperatoris Caroli Evangelica Morte demon-  
 strationem piissimo Hugonis de S. Victore ob-  
 signabimus voto:

O dulcissime, & amantissime  
 Domine Jesu, propter tuum hoc  
 sanctissimum nomen concede mihi  
 misero peccatori, ut gloriosissimum  
 nomen tuum JESUS sit finalis mea  
 locutio, Amen! O dulcissime &  
 clementissime Domine Jesu, ob  
 acerbissimam Passionem tuam con-  
 cede mihi misero peccatori, ut in-  
 effabile tuum fermentum in Cruce  
 sit finalis mea cogitatio, Amen!  
 O dulcissime & misericordissime  
 Domine Jesu propter omnem tuam  
 sanctissimam vitam concede mihi  
 miser-

Q477 2065

miserrimo peccatori, ut in extremis  
omnes meas cogitationes, locutio-  
nes, operationes, in sacratissima tua  
vulnera defigam, Amen! O dulcis-  
sime & piissime Domine Jesu propter  
omnes miserationes tuas, tuæ mor-  
tis exinanitionem omniumque vul-  
nerum tuorum Passionem cordi  
meo imprime, Amen!



nc

W. J. ...

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

# KODAK Color Control Patches

3/Color  
White  
Black

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

